Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



late in dilectione sicut et xp̄c dilexit nos. et tradidit semetipsum pro nobis oblationē et hostiā deo in odorē suauitatis. Aliud.
Habemus pontificē qui possit compati infirmitatibus nr̄is. temptatū per omnia pro similitudine absq; peccato. Al. Xp̄c semel oblatus ad multorū exhaurienda peccata. secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutē. Al. Hec dicit dn̄s. corpus meū dedi percutientibus et genas meas uellentibus. faciē meā non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. Al. Dn̄e demonstrasti mi et cognoui. tu ostendisti mi studia eorū. et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimā. Al. Sicut ouis ad occisionē ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suū. Al. Si posuerit pro peccato animā suā uidebit semen longeuū. et uoluntas dn̄i in manu eius dirigetur. Al. Hec dicit dn̄s. aspicient ad me quē confixerunt. et plangent eum planctu. quasi super unigenitū. et dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti. Al. Xp̄c semel in consummatione seculorū ad destitutionē peccati per hostiā suā apparuit. Aliud.
Xp̄c unā pro peccatis offerens hostiā in sempiternū sedet in dextera dei. de cetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedū illius. Al. In dei uoluntate sc̄ificati sumus. per oblationē corporis xp̄i ih̄u in semel. Al. Xp̄c ih̄c una oblatione consūmauit in sempiternū sc̄ificatos. Al. Habentes itaq; fr̄s fiduciā in introitu sc̄orū in sanguine xp̄i. accedamus cū uero corde ad deum in plenitudine fidei. Al. Quotienscūq; manducabitis panē hunc et calicē bibetis. mortē dn̄i annuntiabitis donec ueniat. Al. Viuificabit nos post duos dies. in die tercio suscitabit nos. et uiuemus in conspectu eius. sciemus sequemurq; ut cognoscamus dn̄m. Dom̄ in Palmis.
Xp̄c in similitudinē hominū factus et habitu inuentus ut homo. humiliauit se ipsum factus obediens patri usq; ad mortē. mortē autē crucis. vi.
Xp̄c factus est pro nobis obediens usq; ad mortē mortē autē crucis. propter quod et ds exaltauit illū et donauit illi nomen quod ē super omne nomen. viiii. Xp̄c per sp̄m sc̄m. ut sup̄. In sc̄o Sabbato Paschę ad Vesperam.
Si conresurrexistis cum xp̄o que sursum sunt querite. ubi xp̄c ē in dextera dei sedens. que sursum sunt sapite non que super terram. Ad Matt̄.
Ad iii. et in ii. Vesp̄.
Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis ahimi. et enim pascha nr̄m immolatus ē xp̄c. Ad vi.
Gr̄a uobis ab ih̄u xp̄o qui est testis fidelis primogenitus mortuorū et princeps regū terrę. qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo. viiii. Hec dicit dn̄s. ego sum primus et nouissimus et fui mortuus et ecce sum uiuens in scl̄a sc̄lorū. et habeo claues mortis et inferni. Al. Dignus ē agnus qui occisus ē accipere uirtutē et diuinitatē et sapientiā et fortitudinē. et gl̄am et honore et benedictionē. Al.
Xp̄c resurrexit a mortuis primitię dormientiū. quō enim per hominē mors et per hominē resurrectio mortuorū. Al. Xp̄c resurgens a mortuis iā non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Al. Virtute magna reddebant apl̄i testimoniū resurrectionis ih̄u xp̄i dn̄i nostri. et gr̄a magna erat in omnibus